



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 132. Utraque Burgundia a Ludovico Rege Ducissæ erepat

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. sibus promitteret, Regem illis, si sua in  
A.C. 1477. eum studia collaturi essent, avita illorum  
 privilegia redditurum.

## §. CXXXII.

*Utraque Burgundia a Ludovico  
occupata.*

**O**liverius accepto negotio nomen Co-  
 mitis de Meulania mentitus, muta-  
 tis vestibus proficiscitur, ac literas publi-  
 cæ fidei testes Ducissæ Senatui exhibet:  
 nunquam tamen secreti cum illa colloqui  
 copiam obtinuit, tandem vero, quod ali-  
 quibus notior esset, detecta fraude, mi-  
 nisque in eum intentatis perterritus,  
 Tornacum præcipiti fuga contendit, ubi  
 non minus quam in ipsa Francia ab omni  
 metu atque insidiis vacuus præfatam ur-  
 bem dolo cepit, ac portarum excubias  
 auro corrupit, demum vero quibusdam  
 Gallorum copiis clam introductis liberum  
 ad urbem aditum paravit. Gandaven-  
 ses, ut Gallos inde propellerent, nulla  
 mora Adolphum de Geldria cum valido  
 milite ablegant, polliciti, se eo reduce  
 Ducissam ad pangenda cum illo nuptia-  
 rum fœdera compulsuros. Verum Adol-  
 phus in proelio occubuit, & ingens, quam  
 Ducissa ex ejus morte ceperat, lætitia  
 non parum mitigabat dolorem, quem ob  
 utriusque Burgundiæ jacturam concepe-  
 rat;



rat; sub idem enim ferme tempus fama Sæcul. XV.  
ad eam perlata est, quod Rex opera ac A.C. 1477.  
studio Arausionensis Principis hæc Pro-  
vincias sibi subiecisset.

## §. CXXXIII.

*Cameracum ultronea deditio-  
ne Regi traditum.*

Interea Ludovicus XI. in Belgio occultas, versutasque artes suas impendere haud intermittebat. Equidem Sancti Audomari urbem ad deditioem sollicitabat, sed eum spes sua fefellit; quippe Ludanus, semper privatis suis commodis intentus, Nobilium Ordini, qui Franciæ jugum velut pretio mercari videbatur, adeo immodicas leges præscribebat, ut Nobilium Deputati ejus arrogantiam summopere indignati soluto colloquio discederent. Nihilominus inter cunctos, quos Rex experiebatur, adversæ fortunæ casus nihil magis ejus dolorem leniebat, quam spontanea Cameracensis urbis & adjacentis territorii deditio; quæ Regio, quamvis arctis circumscriberetur limitibus, exigua tamen illius extensio opportunitate loci abunde compensabatur. Urbs hæc olim Imperio parebat, eratque summa potestas penes Episcopos, qui ibidem sedem fixerant, licet regiminis curam cum Magistratu partirentur. Cum vero